

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Legenda aurea sanctorum, sive Lombardica historia

Jacobus <Genua, Erzbischof>

[Lyon], 20. Juli 1486

De sancto Egidio cxxv

[urn:nbn:de:bsz:31-289352](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-289352)

De sancto

Mamertino



nus qui eū vñ sibi tanta acciderit infirmitas req̄si-
uit. Qui ait. Deos meos offendi. et ideo eos orare
p̄ado. vt q̄ michi abstulit irati reddāt. pp̄icij. qui
ait. Erras frater erras si demones deos putes. s̄
vade ad sanctū germanū antistodōrē s̄ez ep̄m. ⁊ si
eius. p̄silio acq̄ueris p̄tinuo san⁹ eris. Qui statim
iter arripies venit ad sepulcrū sancti amatoz ep̄i
et plurimoz ep̄oz sanctozū. Secessitq̄ p̄pter plu-
uiā nocte illa ad quandā cellulā sup̄ tūbā sancti cō-
cordiani collocatā. Cū aut̄ obdormisset apparuit
ei visio quedā mirabilis q̄ quidā. s̄z vir venit ad
hostiū celle vocauitq̄ sanctū p̄cordianū vt veniret
ad festū qd̄ sanctus peregrin⁹ ⁊ sanctus amatoz cū
alijs ep̄is faciebāt. Cui ille de tumulto respondit.
Nō possum modo venire q̄ hospite quendā me cu-
stodire opo:ter ne a serpētibz qui hic habitāt oc-
cidat. Abiens ille q̄ audierat nūciauit. Reuersusq̄
ait. Sancte cōcordiane veni adductecū viuianus
subdyaconem et iuuanū acolitū. vt officium suū
faciant. Alexander aut̄ hospite tuū custodier. Cū
sumq̄ est igit̄ mamertino q̄ sanctus cōcordian⁹ ap-
p̄chēsa manu duceret eū secum. Cūq̄ ad eos ve-
nisset. dixit ei sanctus amatoz. Qui est iste qui tecū
ingressus est? Qui ait. Hospes me⁹ est. Et ille. Ex-
pelle eū quia polutus est. et nobiscū nō potest esse
Qui cū expelleret. p̄stratus coram eis sancti ama-
toz gratiā impetrauit. Qui iussit eū vt ad sanctū
germanū pergere festinaret. Suigilans igitur ad
sanctū germanū venit. et corā eo p̄stratus veniā
postulabat. Qui cū ea q̄ sibi contigerāt enarraret

perreperūt ambo ad tumbā beati cōcordiani et re-
moto lapide viderunt plures serpentes qui decem
pedū longitudinē excedebant. Cūq̄ omēs diffu-
gerent beatus germanus eis imperauit vt ad talē
locū pergāt vbi decetero nemini p̄sumāt nocere.
Sicq̄ mamertin⁹ baptisatus est ⁊ sanat⁹ factusq̄ ē
monachus monasterij sancti germani vbi post san-
ctū allodiū abbas factus fuit. **De** huius tpe in
eius monasterio sanctus marinus extitit. cuius o-
bedientiā sanctus mamertin⁹ p̄bare volēs vilis
officiū monasterij ei cōmissit pastorē. s̄z cū facēs
bubalozū. Cū igit̄ in silua quadā honeste vaccas
libenter custodiret. rāta sanctitate pollebat q̄ etiā
aues siluestres ad se veniētes manu pp̄ria nutrie-
bat. Nam et ap̄tū qui ad cellā eius cōfugerat a ca-
nibus eripuit. et abire fecit. Latrones quidā cum
eū expoliassent. et vestē eius secū ferentes abirēt.
solū ei palliolū dimiserūt. Qui statim post eos cla-
mauit dicēs. Reuertimini dñi mei. ecce denarium
colligatū in medio pallio inueni qui vobis so: sitā
necessarius erit. Qui protinus reuertētes pallio-
lū cū denario abstulerūt. et nudū penitus dimise-
runt. Sed cū festinanter ad suas larebras prope-
rarent. tota nocte cunctes in ipso crepusculo ad ei-
cellulā sunt reperti. Quos ille salutās in cellā suā
benigne recepit. pedesq̄ eozum lauans necessaria
q̄rum potuit ministravit. Qui stupefacti de eo qd̄
fecerant doluerūt. et vnusquisq̄ eoz ad fidē con-
uersus est. Quadā vice cū quidā iuniores mona-
chi secū manētes vñe cuidā q̄ ouibus insidiebat la-
queos tetendissent. illa in laqueos nocte irrucns
capta tenebat. Quod sanctus mamertinus p̄ciēs
de lecto surrexit ⁊ eā inueniēs dixit illi. Quid facis
o misera? fuge cito ne capiaris. Eāq̄ dissoluēs di-
misit. Verū cū mortuus fuisset. ⁊ corpus eius anti-
stodozū deponeret. et cū fuissent ī quadā villa. nul-
lo modo illud inde mouere poterūt. quo ad usq̄ q̄
daz incarceration⁹ subito fractis vinculis liber exiliēs
venit ad corpus. et cū alijs vsq̄ ad vrbes portauit
Ubi in ecclia sancti germani honorifice est sepult⁹

De sancto egidio cccv A

Egidius dicit̄ ab e qd̄ est sine. et geos quod
est terra et dyan qd̄ est clarum siue diuinus.
ipse nanq̄ fuit sine terra p̄ terreno:ū despe-
ctioes. clarus p̄scientie illustrationē. diuinus per
amorem qui assimilat amantem amato.

Egidius athenis exi regia stirpe p̄genitus.
et sacris litteris ab infantia eruditus. dum
quadā die ad ecclesiam p̄geret. cuidā egro
in platca igenti et elemosinā petenti. tunicā suā



tribuit qua indutus sanitate integrā morē recepit. Post hoc parētibus suis in dño quiescētibus patri monij sui xpm fecit beredem. Quādā vice dum ab ecclesia rediret. quidā vir a serpente percussus eidē obuius extitit. Sz ordine fusa egidius p̄tin⁹ virus fugauit. Quendā demoniacū in ecclesia cū ceteris existentē. et fideles clamorib⁹ suis turbantē egidius demone fugato sanauit. Verū humani fauoris formidans periculū. clam litus maris petijt. et nauitas quosdā in mari periclitātes p̄spexit et facta orōne tēpestates oēm sedauit. Applicātib⁹ autē nauitis audito q̄ romātēderet grās eius meritis egerunt. et q̄ eum secū gratis ueberent promiserunt. Cū igit arelates uenisset et biennio cū sancto cesario eiusdē ciuitatis episcopo mansisset. et ibidē quēdā triennio sebi curasset beremū cupiens clam discessit. et cū ueredonio beremita sanctitate cōspicuo diu mansit. vbi sterilitatē terre suis meritis fugauit. Sed dū vbiq̄ miraculis choruscaret humane laudis timens piculū relicto eo interiorē beremū penetrauit. vbi quoddā antrū et quendā fonticulū repiēs. quandā nichilominus diuinitus ceruā preparatā ibidē habuit in nutrice q̄ ceteris horis lactis alimonā sibi p̄bebat. Sed cū ibidē regis pueri uenarent p̄dictā uidentes ceruā ceteris feris p̄tēptis banc cū canibus insequunt. Aquib⁹ dū uehementer uigere ad pedes sui p̄fugit alūni Ille uero admirās cur p̄ter solitū sic mugiret extitens et venatores audiens dñm exorauit ut quā sibi tribuerat nutricem seruarct. Canū autē nullus

infra lapidis iactū sibi appropiquare ausus est sz cōnimito ululatu ad venatores reuertebant. Nocte igit supueniēte domū redeūt. et sequenti die illuc reuertētes casto labore domū iterū redierūt. Qd dū rex audisset. rē ut erat suspicatus. cū ep̄o et multitudiue venatorū illuc p̄perauit. Sed cū canes ut prius accedere nō p̄sumerent. sz oēs ululando redirent locū uep̄riū densitate inaccessibiles in girū circumdederūt. Unus aut incaute sagittā dirigens ut inde ceruam expelleret. viro dei p̄ cerua oriantī graue vulnus inflixit. Sz milites semitā ferro aperientes ad ip̄ius deuenerūt speluncā. Et vidētes senē habitu monachali uestitū canicie autē et etate uenerabile. ceruā quoq̄ ad ei⁹ genua puolutā solus ep̄s et rex eū pedites adierunt. ceteris retro stare iussis. Et interrogauerūt eū q̄s esset vl' vñ uenisset aut cur tā densas beremi uasitatē petisset. seu q̄s eū vulnerare tā grauer p̄sumpisset. Quib⁹ cū ad singula r̄ndisset. et illi ab eo humiliter ueniā postulassent. medicos sanādo vulnere sponderūt. et multa donaria obtulerūt. Sz ip̄e nec medicinā adhibere uoluit. et munera p̄tēns ad ip̄a etiā nō respexit. qui potius sciēs uirtutē in infirmitate p̄fici. dñm exorauit. ne q̄ diu uiueret sanitati pristinae reddere. Sed cū rex eum frequenter uisitare. et pabulū salutaris ab eo reciperē immēsas diuitias obtulit. sz eas ille recipe recusauit. admonēs ut inde monasteriū p̄strueret. vbi monastici ordīs disciplina uigeret. Qd cū rex fecisset uict⁹ egidius laudis et p̄tib⁹ regis postq̄ plurimū r̄nuisset illius monasterij curā suscepit. **B** Hui⁹ sancti famā rex karolus ut audiuit eius ip̄etrato aduētū reuenter eū suscepit. Inter cetera salutis colloq̄a rex eū rogauit. ut p̄ eo dignaret orare q̄ quoddā facinus enorme p̄miserat qd nulli vnq̄ nec ip̄o sancto p̄fiteri auderet. Sequēti igit dñica dū egidius celebrās p̄ rege oraret. angelus dñi eidē apparens cedula sup altare deposuit in qua scriptū erat p̄ ordinē. et regis peccatū. et egidij p̄cabus dimissum. si tñ penitēs et cōfitens ab illo deinceps abstineret. Adiunctūq̄ erat in fine ut quisq̄ sanctū egidij p̄o quocūq̄ cōmisso inuocaret si tñ ab illo desisteret. eius meritis sibi remissus nō dubitaret. Oblata igit regi cedula peccato suo rex agnito ueniā humiliter postulauit. Egidius autē cū honore rediēs apud neumasensem urbē filiū principis qui tūc obierat suscitauit. Post aliq̄tulus uero tēpus p̄renūciāns monasteriū suum nō longe ab hostibus euerendus romā adijt et priuilegium ecclie sue duosq̄ hostia cyp̄essina in quibus sculpte erāt ymagines

De Natiuitate beate marie

apostolorum a papa impetrans. dimittesque ea in tiberim diuino regimini commendauit et ad monasterium rediens cuidam contracto apud tibronem gressum restituit. Cumque ad monasterium redisset. predicta hostia in portu inuenit. et gratias agens deo quod intertor maris pericula illi seruasset ea in limib' ecclesie sue ad decus ecclesie et monumentum pacti romane sedis erexit. Tandem dominus diem sui obitus imminere sibi per spiritum reuelauit. Quod ille fratribus indicans et per se orare suadens in domino feliciter obdormiuit. ubi choros angelorum eius animam in celum ferentibus plurimifera audiuisse testati sunt. Claruit circa annum domini septingentesimum.

De natiuitate gloriose virginis marie A

cxxxvi



Natiuitas gloriose virginis marie ex tribu iuda et regia stirpe dauid duxit originem. Matheus autem et lucas non generationes marie sed ioseph descripserunt. qui tamen a conceptione christi penitus alienus fuit. quia consuetudo scripture dicit fuisse ut non mulierum sed virorum generationis series texeretur. Verissime tamen virgo beata ex progeme dauid descendit. Quod precipue patet ex hoc. Quoniam ut sepe scriptura testatur christus de semine dauid duxit originem. Cum igitur christus de sola virgine natus sit. manifestum est et ipsam virginem ex dauid natus esse et hoc ex cathena nathan. Dauid enim inter ceteros habuit duos filios. scilicet nathan et salomonem. Ex cathena igitur nathan filij dauid ut testatur iohannes damascenus. leui genuit melchi et pan-

thar. panthar genuit barpanthar. barpanthar genuit ioachim. ioachim virginem mariam. Ex cathena autem salomonis mathan habuit uxorem ex qua genuit iacob. Defuncto autem matha melchi ex tribu nathan qui filius quidam leui frater autem pantheris nupsit uxori mathan matri autem iacob et genuit ex ea hely facti sunt autem fratres veritini iacob et hely. Jacob quidem ex tribu salomonis. hely ex tribu nathan. Defunctus est autem hely de tribu nathan sine liberis. et accepit iacob frater eius qui ex tribu salomonis uxorem eius et suscitauit semen fratris sui et genuit ioseph. Ioseph igitur natura est filius iacob et descensione salomonis. secundum legem autem hely qui ex nathan. Nam filius qui nascebat. secundum naturam erat quidem generatus. secundum autem legem defuncti. Hec damascenus. Sicut autem in ecclesiastica historia dicit et beda in sua cronica testatur. cum omnes generationes hebreorum et alienigenarum in archis templi secretoribus seruarentur. herodes omnes iussit incidere. existimans se nobis lem posse videri si deficientibus probamentis progenies sua ad israel pertinere crederet. fuerunt tamen quidam dicit dominica sic dicit ob propinquitates christi qui et nazarei fuerunt. qui ordinem generationis christi primitiua pauca didicerant. partim ut a quibusdam libris habuerunt quos domi habebant quantum poterant docebant. **I**oachim autem accepit uxorem nomine annam que habuit sororem nomine hismeriam. Hec autem hismeria genuit elizabeth et eliu. elizabeth iohannem baptista. De eliu natus est aminen. de aminen natus est sanctus seruatius cuius corpus est in opido traieci super fluuium mosam in episcopatu leodiensi. Anna autem tres viros habuisse dicitur. scilicet ioachim. cleophas. et salome. De primo autem viro scilicet ioachim unam filiam scilicet mariam matrem domini genuit. quam ioseph nuptui dedit qui christum dominum genuit et peperit. Mortuo ioachim accepit cleophas fratrem ioseph. et genuit ex eo aliam filiam quam similiter mariam vocauit. et alpheo postmodum in coniugem sociauit. Hec autem maria ex alpheo viro suo quatuor filios genuit. scilicet iacobum minorem. ioseph iustum qui et barsabas. symonem. et iudam. Mortuo secundo viro anne. tertium cepit nomine salome. ex quo aliam filiam genuit quam rursus mariam vocauit. et zebedeo in coniugem tradidit. Hec autem maria ex zebedeo viro suo duos filios genuit. scilicet iacobum maiorem et iohannem euangelistam. Unum et de hoc extant versus. Anna solet dici tres concepisse marias. Quas genuere viri. ioachi. cleophas. solomeque. Has duxere viri. ioseph. alpheus zebede. Prima parit christum iacobum secunda minorem. Et ioseph iustum. peperit cum symone iudam. Tercia maior est iacobum. volucrumque